

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Med. I. De Paupertate Spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Pro quarta Die.

M E D I T A T I O I .

DE PAUPERTATE SPIRITALI.

Scopus.

Amor paupertatis augendus.

Tessera.

Vota mea Domino reddam curam omni populo ejus. Ps. 115.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de thesauro abscondito in agro, quem, qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum Matth. 13. Considera, inquam, quis sit thesaurus iste, nimirum ipse DEVS, qui in agro Statutus Religiosi vel Ecclesiastici absconditus jacet, invenitur autem ab omnibus, qui talem Statutum non modo amplectuntur, sed etiam veri Religiosi aut Sacerdotis officium implere pro viribus conantur.

Considera II. Quam pretiosus sit iste thesaurus, sive antiquitatem species, quæ est æternitas; sive magnitudinem, quæ est infinita & inexhaustibilis; sive tandem varietatem confundet, quæ est omnium bonorum perfecta congregatio, atque ipse DEVS Moysi Exod. 33. indicavit, dum dixit: ego offendum omne bonum tibi. Et expertus est S. Franciscus illud affectu ingeminaus: DEVS meus & omnis.

Considera III. Quantum desiderium quivis merito contipere debeat thesauri hujus inveniendi, quamque adeò feli-
citer te judicare debeas, quod aditus tibi à DEO apertus sit.

Punctum II.

Considera I. Quid requiratur ad thesaurum istum obti-
nendum, nimirum, ut vendas vel opere, vel affectu saltem
universa, quæ habes, & emas agrum talem, & cum eo eriam
ipsius DEI tui fruitionem, non in altera duntaxat, sed hac
vita quantum mortali homini fas est, obtainendam.

Considera II. Quid sit vendre universa, scilicet per Pa-
upertatem exerce omnem affectum erga Parentes, Consan-
guineos,

guineos, divitias, & se ipsum, ita ut non aliter ullam etiam
amemus aut adhibeamus, quam ordinata erga DEVVM & nos
ipsoſ charitas requirit, atque adeo quantum discrecio pos-
tur, vilissima quæque in cibo, potu, vestitu, habitatione, plati-
ciis, aliisque similibus rebus & optemus, & eligamus.

Considera III. Quam longe tu hactenus à tali paupertate
abfueris, & quomodo deinceps saltem exercere eandem va-
lis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quod medium præcipue conduceat ad ob-
statam Spiritus paupertatem obtinendam, nimirum si frequen-
ter ea, quæ relinquis, cum theſauro, quem emere statim
comparas, certoque tibi persuadeas, omnia ea, quæ relin-
qui, infinites præstantius te in hoc theſauro invenire, aqua
de quo meritò usurpare possis illud Sap. c. 7. Generant me
omnia bona pariter cum illo, & innumerabilis honestas
manus illius, & latatus sum in omnibus &c.

Considera II. Si Elcana 1. Reg. 1. uxori suæ ob sterili-
tatem flenti dicere ausus est: Anna, cur fles, & quare non
medis, & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non
melior tibi sum, quam decem filij? Quanto magis etiam
Deum repræsentare, & ob hujus vel illius rei creaturæ
etionem tristanti dicentem quasi audire debeas: nunquid
ego melior tibi sum, quam ista aut illa creatura? nunquid
ego sum fons ipse solidarum voluptatum & deliciarum? et
ergo derelinquis fontem vivum, & fodis tibi cisteras dil-
atas, quæ continere non valent aquas.

Considera III. Quam efficax sit hoc medium, quæcumque
ad eo sollicitè & efficaciter tu illud adhibere debeas & vide
Colloquium ad Christum, illud S. Davidis Pl. 72. affectu
& efficaciter pronuntiando: Quid mihi est in celo, &
quid volui super terram, Deus cordis mei, & pars mea deus
in aeternum. Vide Spinolam p. 2. Med. 90. pu. 1. f. 224.

Legatur ex lib. 2. de imit. c. 11. & illa maximè verba pro-
bè considerentur: tunc verè pauper, & nudus spiritu esse po-
terit, & cum Prophetæ dicere: Quia unicus & pauper sum
ego: nemo tamen isto dicitur, nemo potentior, nemo libe-
rior: qui se & omnia relinquere scit, & ad infimum lepo-
nere.